

VBB O SVEONVM REX.



VBBO filius fuit Magog, natu minimus. Is post fratrem Suenonem, ob plurimas uirtutes rex Sueonum electus fuit, anno post diluvium ducentesimo quadragesimo sexto, qui erat mudi millesimus noningentesimus tertius. Ab hoc Vbbone ante tempora Abrahamae ædificata est urbs Vpsalia, propterea quod ab Vbbone ad Salam fluuium esset fundata. Hec postea adeo excreuit, ut principes Sueonum Vpsalenses reges dici uoluerint. Itaque Vbbos ob uitatem tegritatem, & leges ijs in locis latas, magnus apud posteritatem nomen adeptus est. Tandem cum longo tempore optimè in ea Germaniae parte, quæ ad Septendrionem & mare Germanicum uergit, præfuisse, magno suorum desiderio obiit, & ibidem sepultus quiescit. Ioan. Mag. in Hist. Goth. lib. i. cap. 6.